

Beiheft.
S. 3.

1174. Schenkung des Grafen Heinrich von Salm an die Kirche zu
Senones.

[2]

Ego Heinricus comes de Salme notum facio tam presentibus quam
futuris, quod campum, qui Madei dicitur et in finibus de Reheres situs est,

pro remedio anime mee et antecessorum meorum Senoniensi ecclesie, ad
usum scilicet et sustentationem pauperum in hospitali ecclesie predice
omni calumpniatore destructo donaverim, ita scilicet ut quatuor nummi singu
lulis annis villico meo loco census persolvantur. Et ne deinceps ecclesie
prefate pro campo predicto aliqua calumpnia fieret, hanc meam donationem
scripto mandare ac sigillo meo confirmare volui. Hec autem facta sunt
anno ab incarnatione Domini M^oCLXXIII, indictione XV [jo!], testante
Rainaldo Atenisville, Teoderico de Rihe, Leone et fratre ejus Rainero, Ro
frido villico, Richardo domni Stephani et Rainaldo venatore predicti campi
calumpniatore. ¹⁾ Donavi etiam pro remedio anime mee et uxoris mee Deo
et beate Marie prefate Senoniensis ecclesie rogatu uxoris mee ad instanciam
G. abbatis tunc temporis B. matronam cum prole sibi affutura, que cum
predicta uxore de partibus Alemannie venerat et michi ex parte ejus attinebat
jure hereditario.

Orig. 2 Siegel ab; Lade 124, 1.